



Universitätsbibliothek Paderborn

Metropolis Salisvrgensis

Continens. Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

Hund, Wiguleus

Monachii, 1620

Catalogus quorundam Praepositorum Ecclesiae Collegiatae S. Viti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13591

Dominicæ Millesimo Quadragesimo Nonagesimo tertio. Quinto Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo.

Catalogus quorundam Præpositorum Ecclesiæ Collegiatæ S. Viti.

Dn. ANDREAS Zirnberger Decretorum D. an. 1498.

VITVS Meller Canonicus Augustanus Iuriſ utriusque Doctor litterarum Apostolicarum, ſollicitator, & ſummi Pont. Iulij, III. familiaris forniciario opere fieri curauit templum sancti Vitii tum propriis, tum ſupradicti Andreæ Zirnbergeri consanguinei ſui relictis bonis ac ſumptibus anno 1510.

IACOBVS Meller LL.D. Doct. Canon. Augustanus an. 1545.

LEO Lösch Canonicus Frisingen. resignauit, factus Episcopus Frisingen. an. 1552.

GEORGIVS Stengel Canon. Frisingen.

HIERONYMVS Buslidius.

CORNELIVS de Röfenthal Protonotarius Apostolicus ob. ann. 1571.

CHRISTOPHORVS Keller Canonicus Augustanus accepit possessionem ann. 1571.

EBERHARDVS.

LVDOVICVS à Pienzenaur.

NICOLAVS Manzinger.

CHRISTOPHORVS Rechlinger Augustan. I.V.D. Canonicus Scholasticus & officialis Frisingen. modernus Præpositus,

V N D E N S T O R F.

MONASTERIVM ad Gelonum fluvium Ordinis S. Augustini Canon: Regularium. Anno 1126. regnante Lothario, nobilis vir Otto Palatinus Comes de VVitlspach maior. Pater Ottonis postea Ducis Bauariæ, ædificare cœpit Vndenstorfe Monasterium, in honorem Dei omnipotentis, B. Mariæ Virginis, nec non SS. Apostolorum Petri & Pauli. Anno autem 1131 ab Innocentio secundo confirmationem impetravit, cuius Bulla extat. Idem quoque Innocentius Præpositum primum nomine Rupertum, ex quodam Monasterio dicto Marpach, ad Ottonis prædicti preces, per Apostolica scripta postulari mandauit ac sanciuit, Ut nullus Præpositus per violentiam, sed per fratres secundum Regulam beati Augustini liberè eligatur ac constituatur. Prædictus Otto de VVitlspach prægium suum Vndenstorfe tradidit Monasterio, quam traditionem confirmauit Lotharius Imperator, Anno 1130, iuxta tenorem Diplomatici, quod ita sonat:

IN nomine Sanctæ & Individuæ TRINITATIS, Lotharius diuina fave-
te Clementia Romanorum Rex: Pauperibus Christi subuenire, & Deo in omni-
bus deuotè seruire eſt regnare. Quapropter omnium Dei nostriq; fidelium
tam præſentium, quam futurorum nouerit industria, qualiter nos tradiſionē
ab Ottone de Vndenstorfe prædio ſuo ibidem ſito factam, regia poeſtate &
autoritate conformatim, conformatam corroborauimus. Hæc traditio ſic fa-
cta eſt; Ipſe Otto præscriptus, totum prægium ſuum Vndenstorfe, quod ſicut
eſt in Epilcopatu Frisingensi, & in Comitatu Hartuici de Kregelingen, Christi
pauperibus ibidem ſub regula S. Augustini militantibus, in proprium tradidit,

Metrop. Salisb. Tom. III.